



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Terraconen. Archiepisc.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

nus observatam , per se vel nuncium suum auctoritate nostra cum tuo consilio valeat relaxare. Vnde nihilominus volumus & mandamus ut prædictum Episcopum non impediatur quominus secundum prædictam formam per se vel nuncium suum diocesim Ovetensem absolutat. Datum ut supra.

## TERRACONEN. ARCHIEPISC.

*Epist. 126.  
Ne intra lep-  
tendum proxi-  
mè vacatura  
beneficia con-  
ferantur, sed  
redditus con-  
vertantur in  
usu creditoru-  
rum.*

**I**mminet nobis ex suscep<sup>t</sup>tae administrationis officio ut Ecclesiarum profectibus taliter intendere debeamus, quod ipsi in statu debito persistentes, salubribus proficere valeant institutis. Sanè ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod Ecclesia tibi commis- sa propter beneficia tam mansionariis quam non mansionariis assignata, cùm ipsius redditus ad hoc sufficere non valent, jām ferè ad nihilum est redacta. Volentes igitur ejusdem Ecclesia profectibus paterna solicitudine providere, fraternitati tua per apost. scripta præcipiendo mandamus, quatenus, si vera sunt quæ dicuntur, de possessionibus ad mensam tuam pertinentibus infra septennium nulli beneficium de novo assi- gnes, nisi necessitas vel Ecclesiæ utilitas postulaverit, ut per hoc saltē respirare valeat ab onere debitorum. Datum Romæ apud S. Petrum v. Kalend. Maij.

PRÆPOSITO, DECAN.  
& Cap. Cameracen.

*Epist. 117.  
Ut à decessore  
lui & à te in-  
stitutum reci-  
piant in Cano-  
nicum.  
Cap. Proposuit.  
De concessione  
præbenda.*

**P**roposuit nobis dilectus filius The- baldus Presbyter, quod cùm bona mem. Celestinus Papa prædecessor no- ster post preces, quas vobis pro receptio- ne ipsius in fratrem & assignatione præbenda ad donationem vestram spectan- tis in Ecclesia vestra proximò vacaturæ eidem facienda porrexerat, mandatum vobis apostolicum destinasset, & bona mem. Decanum Remen. executorum concessisset eidem, Decanus ipse vos in executione mandati apostolici contumac- cesinveniens & rebellis, ipsum de præbenda primò vacatura in Ecclesia ve- stra, quæ ad donationem Capituli perti- neret, auctoritate apostolica investivit, vobis præcipiens ut eum in Canonicum recipientes & fratrem, ipsi stallum in choro & locum in Capitulo conferretis; Ecclesiarum vobis introitu interdicto, si quod mandabat differretis infra tri- duum adimplere. Vos autem nec man-

datum ejus exequi voluistis, nec ab Ecclesiarum cœlestis ingressu, immo potius in elusionem mandati apostolici, causa diffugij ad eundem Decanum appella- stis; & cùm ipse Decanus morte præ- ventus in negocio ipso ulterius non po- tuisset procedere, & præbenda, quæ ad donationem vestram spectabat, in Eccle- sia Cameracen. vacasset, eam alij assi- gnastis, in eundem Presbyterum ex- communicationis sententiam promul- gantes, quia literas ejusdem Decani sibi in testimonium reservavit. Cùm autem propter hoc idem Presbyter ad ejusdem prædecessoris nostri præsentiam accessi- set, sicut ex literis ejus nobis innuit, ipse quod ab eodem Decano factum fue- rat, ratum volens haberi, collationem præbenda factam à vobis penitus irrita- vit, & eundem Presbyterum ab excom- municationis vinculo absolutum de ip- sa manu propria per annulum investivit. Licet autem intentionis nostræ non sit investituras de vacaturis factas, contra canonum instituta ratas habere, qui se- condum plenitudinem potestatis de jure possumus \* supra jus dispensare; atten- dentes tamen quod idem Presbyter non de vacatura, sed de vacante per præde- cessorem nostrum fuerat investitus, ut- pote quæ post cassationem concessionis à vobis factæ intelligebatur vacare; dis- crectioni vestra per apostolica scripta mandamus atque præcipimus quatenus amoto ab eadem præbenda quolibet de- tentore, eam ipsi T. omni dilatione, ex- cusatione, & app. postpositis conferatis, & permittatis ab ipso pacificè possideri, ei stallum in choro & locum in Capitu- lo cum plenitudine honoris canonici assi- gnantes. Alioquin noveritis nos venerabi- li fratri nostro Cathalanensi Episco- po dedisse firmiter in mandatis ut ipse id auctoritate apost. exequatur, contra- dictores eccl. censura cessante appella- tione percellens, si vos super executione mandati nostri desides fueritis, vel re- missi. Nos enim sicut nolumus injusta præcipere, sic in justis præceptis nolu- mus pati repulsam, qui prompti sumus omnem inobedientiam secundum apost. verbum ulcisci. Nullis literis &c. harum tenore tacito &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum.

*In eundem ferè modum Cathalanensi Epi- scopo.*

MA-

\*In Tertiis Col-  
legi legitur,  
super his.